



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 31. Glodiensis Episcopi Sententia de concedendo Calicis usu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI  
A.C. 1562. bant: quamvis Maffarellus Synodi Secretarius eos die vigesima Julii ad congregationem, ut ibi sententias suas edicerent, vocasset; equidem Legati de Maffarello conquesti sunt, quod illos admisisset in coetum: cumque is se purgaret literis Pauli III., qui eam Germanorum Præfulum Procuratoribus facultatem concedebat, hujusce permissionis exercitium suspenderunt, ac celeriter petierunt, impetraruntque a Pontifice peculiarem hujusmodi facultatis abrogationem: porro idem hoc negotium rursus postea agitabatur, prout suo tempore memorabimus: nihilominus hi Procuratores, quamvis sua suffragia ferendi facultate spoliati essent, in privatis tamen colloquiis libere profitebantur, quod firmiter sibi persuasum haberent, Calicis concessionem minime Germanorum saluti profuturam: præterea aliarum Nationum Episcopi arguebant, non sine gravi causa a Concilio Constantiensi, licet in Germania celebratum esset, eique Cæsar, germanique Principes tantum operæ impendissent, id vetitum fuisse.

## §. XXXI.

*Clodiensis Episcopi sententia de concedendo Calicis usu.*

Inte-



Interim nonnisi paucis verbis cetero-  
 rum sententias percurramus, & quidem  
 præprimis Naclantes Clodiensis Epis-  
 copus hæc observanda edixit I. „ ad-  
 „implendum est id, quod antea petebatur,  
 „præcipue vero illud, quod per aliquam  
 „ætatem ab Ecclesia jam fuit conces-  
 „sum: II. is, qui calicis usum petit, est  
 „Cæsar, maximus, optimusque Prin-  
 „ceps: III. illi, in quorum gratiam pe-  
 „titur, non sunt hæretici, aut Eccle-  
 „siæ contemptores, sed catholici, eccle-  
 „siasticæ jurisdictionis veneratores, spe-  
 „randum tamen est, multos hæreticos  
 „per hujusmodi indulgentiam ad sani-  
 „tatem redactum iri: IV. id, a quo peti-  
 „tur, est Concilium Oecumenicum, con-  
 „vocatam, ac pendens a summo Ponti-  
 „fice tanquam ab Ecclesiæ capite: V.  
 „consideretur modus, quo hæc petitio  
 „fuerat facta, cum in ea continerentur  
 „optimæ conditiones, quibus deficienti-  
 „bus ejus, quod sub conditione concede-  
 „tur, illico concessio irrita foret: VI.  
 „demum tempus observetur, quo hæc  
 „concessio petebatur, ubi tam audacter  
 „hæresis adversus Ecclesiam debaccha-  
 „tur: videri autem potest per eam con-  
 „cessionem perduellium contumaciæ  
 „cedendo, eorum violentias coercitum  
 „iri. Verumtamen prosequatur E-  
 „piscopus ad eam gratificationem fle-  
 „ctor

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.

Pallav. l. 19.  
 c. 4. n. 13.



Sæc. XVI. „ctor a triplici caussa I. ad id me mo  
 A C. 1562 „vet Charitas, quæ nobis suadet, ne  
 „quantum ad nos attinet, ullo in gra-  
 „du deficiamus ab eo, quod in aliorum  
 „salutem effici potest: II. hanc conces-  
 „sionem suadet auctoritas Cæsaris,  
 „in quo propter summam rerum peri-  
 „tiam errorem suspicari non licet, atque  
 „ob ejus summam pietatem fraus time-  
 „ri nefas est: III. Denique idem adstrunt  
 „exempla Concilii Basileensis, & Pauli  
 „III. qui hoc petitum concesserunt.

## §. XXXII.

*Histriensis, Segobiensis, Calamontensis,  
 & Leirinensis Antistitum  
 judicia.*

*Pall. c. 4. n. 14* **E**x adverso Thomas Stella Histriensis  
 15. & 16. Episcopus opponebat: „quemadmo-  
 „dum homini infideli Baptismum peten-  
 „ti is non statim conceditur, sed prius  
 „eruditur in fide, ejusque constantia  
 „probat; ita de illorum obedientia,  
 „qui hætenus rebelles Ecclesiæ fue-  
 „rant, experimentum per aliquod tem-  
 „pus est capiendum, eorumque mens  
 „corrigenda, antequam illis Christi San-  
 „guis propinatur. „ Idem quoque o-  
 „pinatus est Martinus Ajala, Segovien-  
 „sis Antistes: e contrario Fuscararius  
 Mutinensis Episcopus affirmabat, quod  
 id